

*nde nouis cat-  
ofus  
extranea pse-  
is exortatio-  
peccator pse-  
in non esse fuisse  
miserari h[ab]e[re] in-  
tamen illa modi  
se turio in con-  
olari cōtemnia-  
oni pferat. et tu-  
am casus terribilis  
i illa malo[rum] pse-  
modio in noli-  
te mala[m] maladicio*

**nō debili sed firma caritate p̄m et m̄m**

**Diligē nō egra caro s pietate parentes**

*Sapiens Malcictus est a deo q̄ exaspat m̄m placere patri tuo*

**Nec matrē offendas dū vis bonus esse parenti**

*Paterne venerationis officiū quod omnis legū tra-  
ditio imperat et indicit multa sedulitatis obseruantia te-  
neatur. ne te ingratitudinis vipa rorē totius pietatis acer-  
bās: in foueam sue captiuitatis icludat. diuine preceptio-  
nis imperio violato. nec minori studio genitrici tue/morē  
ciuitatis exhibeas. ipām nulla repugnantie malignitate  
cōturbes affectu discolor et amenti **Nec matrē offendas***

*dū vis bonus esse parenti **Vñ nouis catho-***

**Esto pius vere semp hijs qui te genuere**

**Non moueas p̄m nec vis offendere matrē**

### **D e regulari vite institucione.**

*tutam*  
**Ecuram quicūq; cupis deducere vitam**

*cupis*

*tūm vicia*

*uocent*

**Nec vīcīoꝝ inherere animū q̄ moribūs obsunt**

*moꝝ documenta*

*qꝝ decies repetita placebunt*

**Hec precepta tibi semp relegenda memento**

*in sepe relegendo*

*decet teipso docente*

**Inuenies aliquid q̄ te vitare magistro**

*Si vicioꝝ declinando naufragia: p̄ amena virtutum  
vernantia loca: planicie mentis gressus dirigere moliaris:  
sequentiū dogmatū regulas diligenter attende. p̄ que con-  
fractis aduersarie potestatis viribus: arcem cōprehende  
re poteris eminentie virtualis **Inter hec autē quedā phi-***

*bitiu[m] tibi constitui. que recōdere memineris in memorie*

*registro **Inuenies aliquid q̄ te vitare m̄grō Vñ no. catb.***

**Lorde sub attento ponere mea verba memento**

**In quibus agnoscas qui crimen linquere poscas**

## **D**e diuitiarū contemptu

**D**avid Diuitie si affnent noli cor apponere.

**D**espice diuitias. si vis animo esse beatus  
diuitias cū amore vltiores semper petunt

**Q**uas qui suscipiunt mendicant semp avari

**S**i mundane feditatis velis abhorre fastigia: Si  
venenate dulcedinis declinare muscipulam/que i hoc ter-  
rene inhabitacionis tugurio potenter inuiscat/si demū ce-  
lestia formarū contendas: et theoreumata speculari: abiec-  
to mūndane cupiditatis ambitu: omnia terrarū opum pon-  
dera/animō victore despicias et cōculces **A**lioquin liber-  
tas anime/artissimis diuitiarū ligata cōpedibus:nunq̄ et  
si sufficiens/nullo cōgeste suplectilis cumulo poterit facia-  
ri **Q**uas qui suscipiunt mendicant semp avari **V**n no.ca.

**A**bsit ditari qui se wlt rite bearī

**D**ives marcescit q̄to plus copia crescit

**Q**uod egregie docet **C**icero in de officijs/ Nichil ho-  
nestius et magnificētius est q̄ pecunias si nō h̄c p̄tēnere:

et si habes ad liberalitatem eas conferre **E**t in parabolis  
**Q**ui odit avaricitia/longi sient dies eius

**D**prop̄s nature donarijs cōtentus vivas  
necessaria q̄ sagax est in p̄uidendo nobis

**C**ōmoda nature nullo tibi tempore defūnt  
illo bono

**S**i cōtentus eo fueris q̄ tpa prebent

**A**biecta cupiditatis vipa/que totā spiritualis pfecti-  
onis substantiā abigit et depascit/sufficientie mensura sub-  
seruiens:immensis nature beneficijs coadiuuat: omnem  
paupertatis abicit lesionem. **D**um enim attenta mente  
considerat: q̄ paruis amminiculis nature humane fomen-  
tatur inopia:et q̄ multiplicib⁹s creaturarū donarijs adiū-

uatur. filij adam semetipsis contenti: extra concessa beneficia: nullū superfluum possunt appetere neque debent. **S**ic contentus eo fueris quod tempora prebent. **V**n nouus catho  
**Q**ui non curaret plusquam natura rogaret.  
**D**ives hic esset quod res sibi nulla deesset.

**¶ Que tuis contingunt iuris alii non imputes**

non prudens bona tua sed libidine et sensualitate  
**C**um sis incensus. nec rem ratione gubernas

in causa aduersam

**N**oli fortunam. quod non est dicere cecā.

**S**i insipientie nubilo obscuratus: aut perdigalitatis superfluo tabefactus: circumspetione sopita: et indiscretiōnis mancipio aurigante: in eclipsim rei familiaris incidat paupertatis feriente baculo: aut aliis variis impellaris causibus eventuum sinistrorum: non fortune seuientis iniuria/ lingue loquacis aculeo studeas accusare. ne quid tuis demeritorum studijs racionabiliter experieris in alterius commissum imputes. legem statuens fatuam et iniquam. **N**on fortunam que non est dicere cecam. **V**n nouus catho.

**S**i male res seruas si perdas rursus aceruas

**F**ortune seruas ne queas offerre querelas

**¶ De pecuniariū acquisitionē et retēcōe moderata**  
ad sustentandā familiā et subleuā inopiā pulchritudinē denarij  
**D**ilige denariū sed parce dilige formā.

formā denarij ex cupiditate

**N**onā nemo sanctus nec honestus optat habere

**L**icet hūane legis cōsideratione pmitte: mutue cōmunicatiōnis necessitate p̄sata pecuniaꝝ v̄sibꝝ ad subleuā dā familiāꝝ necessitatis inopiā: siue nota criminis insistamus: ipaz tñ superflue acquisitionis ambitū. aut cupide retēcōis aceruū v̄tus exhorret honestas abicit. **E**t hāc ba

bendi libidinem cōpellitur omne sanctitatis collegiū a sue  
stationis terminis dēterrere. **Q**uam nemo sanctus nec ho-  
nestus cupit habere. **V**nde nouis catbo  
**P**ro specie nullū sed parce dilige nūmū  
**Q**uē nec optauit sapiens nec honestus amavit

**N**e miser viuas cū sis diues.

loculos plenos hñs ppter sanitatē seruandā vel recuperandā  
**C**ū fueris locuples corpus curare memento  
egrotus exñs in archa in ysu et corporis curatione  
**E**ger diues habet nūmū sed non habet illum.

**S**i gaze vberioris donario tibi fortune benignoris  
concurrus applaudeat: fortuita naturalibus non pponas.  
et si discrasie naturalis media corporea moles languerit:  
pecunialis sumptus voluntariū prebeat fūlimentū. **N**ā  
farsitis marsubijs et degenti corpori negantibus alimēta:  
dīvitiarū possēssio in detrimentū possidentis ascribis af-  
futura: totius miserie incremento. **C**ū fueris locuples cor-  
pus curare memento. **V**nde nouis catbo  
**C**ū locuples fueris corpus curare studebis  
**S**e male custodit diues quem copia pdit

**D**e discipulorū longanimitate

pateris tu studens amore studij  
**P**erbera cū tuleris discens aliquā magistri  
. parentis preceptū reverenter obediendo

**F**er patris imperiū cū verbis exit in iram

**S**i ante pubertatis tempora pedagogō instructori  
manus prebnisti docibiles: mores gerens obedientie na-  
gistrali: satis amplius te paternis imperijs obtemperare  
cōuenit. et quotiens iracūdie feruore pater succensus: sto-  
machatis voces ediderit: offerre patientie lenitatem opusē  
ne paterne reverentie timore contempto: vitam ducas ple-

nam ob p̄brijs et deliram **H**er patris imperiū cum verbis  
exit in iram **V**nde nouis catbo  
**S**ifers doctorē discendi ppter amo:ē.  
**E**t reprehendē debes tollerare parentem.

### **D**e utilibus exercitīs pagendis.

**R**es age q̄ plunt rursus q̄ vitare memento  
rebus in via moy vel scis? **i. premij**  
**I**n quibus error inest. et spes incerta laboris  
**C**ōsiderato volubili humane mutabilitatis excursu  
non tam fatuū q̄ furiosum credit: inutilib⁹ ac supfluis ne-  
gocijs occupari. **N**ā et si multa lustrorū spacia nobis relin-  
queret diuinitas: arduis tamē et magnificis studijs impli-  
cari deberent. **E**ya agit̄ hec exercitia desere: illa relinque  
studia. que fatigationis plurimū ac sollicitudinis molem  
afferunt. et nullam pretendunt confidentiā sapientie ac v̄-  
tutis. **I**n quibus error inest nec spes ē certa salutis. **P**re-  
clare id nos monet. **C**icero **H**oc viciū nobis vitandum est:  
ne nimis magnū studiū multāq; operam: in res obscuras  
difficiles et non necessarias conferamus

### **D**e gratificantibus donationibus.

dare l'ccedere fine danno indigenti  
**Q**uod prestare potes gratis cōcede roganti.  
et nō malis **i. vbi et qn**

**N**am bene fecisse bonis in tempore lucrosum est.  
**S**ibeneficentie munus gratuitum: aut aliud quodli-  
ber liberalitatis officium offerre poteris: gratum et exora-  
bilem te exhibere diffinias supplicantī. **S**i tamen merita  
suppliantis hoc exigant. **J**ustis quidē petitionib⁹ gra-  
tum prebuissle fauorem. et meritorū stipendio alienas rele-  
uassle miserias: a recte sapientib⁹ creditur virtuosum. **N**ā

recte fecisse bonis in parte lucrosum est. **Vñ nouus catho**  
**Quod vis prestare gratis nolito rogari.**  
**Nam bona facta dari bonis putat esse lucrari**

### **D**e dubietatis inquisitione.

dubium est an utile vel inutile inquire  
**Quod tibi suspectum confessum discute quid sit.**

indiscussa  
**Namq; solent primo q; sunt neglecta nocere**  
**Si in quibuslibet deliberandis actibus: agendis ne**  
gocijs/ seu etiam precaudis rōnis suspendens iudicium  
tibi scrupulū dubietatis immerserit: quantotius sine dissim  
ulationis continentia: deducas ad scrutinium veritatis.  
**E**xperientia quidem docente cognouimus: q; sicut inter  
sticū nubilosī aeris futurarum ymbrīum predicit vbera  
tem. sic inepte pplexitatis dissimulatio ruinosa: in voragi  
nem desperationis inducens/ et cautelam excludens: reme  
dij solet efficacius mētis constantiā deterrere. **Namq; so**  
lent primo q; sunt neglecta nocere. **Vnde nouus catho**  
**Questio debetur cū res suspecta videtur.**  
**Namq; scio vere solent indiscussa nocere.**

### **D**e veneris et gule declinatione

libidinis detestanda selectatio  
**Cū te detineat veneris damnosa voluptas**  
opera dare gula faunrix  
**I**ndulgere gule noli q; ventris amica es

**S**i abiectis temperantie frenis: venere voluptatis  
obsequijs stipendiarie militans diligenter assistas: nō so  
lum impudenter/ sed etiam imprudenter: nec a tante fediv  
tatis ceno mentis aciem solerter aduertas: bunc medice o  
pitulationis suscipias curaturā: vt bacho et ferculis/tāto

moderationis federe cōiungaris vt nullus in alterutrum  
presumat civilis velli rabiem inflammare. **H**enim in-  
faciabili veneris abisko: non ad licitum sed ad libitum pre-  
cipitanter induceris: preposterata ciuitatis policia: len-  
sualitatis temeritas domicilium rōnis obruet. que censem  
virtutis aduersaria et humani federis inimica **I**ndulgere  
gule noli que ventris amica est **Vnde nouus catbo.**  
**Q**uem nimū tangit venus quē fortiter angit  
**N**on tradat ventri q̄ vult gula cuncta volenti

### **D**eus hominē mirifice infigniuit.

in aiō tuo in quibus robur infidie feritatio  
**C**ū tibi preponas animalia cuncta timere

*pptrc ingenū et prudentiā*

**Vnū precipio hominē plus esse timendū**

**N**ature create sapientissimus architectus: et si vir-  
tuales operationū species multiplici varietate discretas/  
rebus creatis indidit: dū tauros armanit robore/elephā-  
tes magnitudine/velocitate tigrides/et discolori varietate  
pauones **B**onū tamen ampliori largitatis beneficio gra-  
tanter arrisit. quia si nō corporis mole aut viriū robore p-  
matū gerit in omnibꝫ: arte tamen et sapientia singulis ge-  
nerū/et generibus singulorū/vehementer presidet. quēqz  
ōnia viuentia merito sibi constituunt formidandū. **Vnū**  
**precipio hominē plus esse timendū** **Vnde nouus catbo**

**M**aximus est error cui sunt animalia terror

**S**it tibi maioris nō est homo causa timoris

### **Vires ad opus porrige**

*vt sis robustus i.robora*

**C**ū tibi preualide fuerint in corpore vires

.i.cū illo labore sis sapiens fortitudo est v̄tus regulata prudentia  
**F**ac sapias animo. sic poteris vir fortis haberī

**L**um virum prestantia te gratum nature munus do-  
tauerit: vt emineat euidentius largitas donatoris. **D**anc  
interdū expedit ad publice cognitionis monumēta dedu-  
cere. et concessiarum virū magnitudine experientijs va-  
lidis exerceri **F**ac sapias sic tu poteris vir fortis haberī.  
**V**nde **S**alomon **E**helior est vir sapiens viro fortī.

**A**mīcorū adiutoriū requiras  
.i.amicis tuis aliquā tristitia vel aduersitate  
**A**xilū a notis petito si forte laboras  
remediator et cōsolator

**N**ec quisquā melior medicus quā fidus amicus  
**S**i extreme paupertatis circonceptus extermīnō:  
aut dire psecutionis gladio conturberis: fidelium amīcorū  
suffragia/intrepida voluntate requiras: de amīcitie certi-  
tudine recepturus experientiam. et a desolationis inedia  
releuationis patrīcīnum habiturus. nullus enim archige-  
nes medendis corporibus sit prestantior: q̄ tibi est omni  
genere obsequiorum is: qui legali copulatur amīctia. nisi  
fictus fuerit et oblitus **N**ec quisq̄ melior medicus q̄ sio  
amicus **V**nde nouus catho.

**P**otos implores fili si patiendo labores  
**D**oc ideo medicus dico quis maior amicus

**A**lterius mortem nequaquam cupias  
tu peccans deū offendens vt aries taurus  
**C**ū sis ipē nocens. moritur cur victimā pro te  
tuam  
**S**tultū est in mortem alterius ferre salutem.

**H**inostre fragilitatis delinquentias: et nostre trans-  
gressio[n]is criminis p[ro]pendamus: severitatis gladium/quo  
alienum desideramus excidium/faciliter suspendemus.  
**N**on enim vacat a stoliditatis scrupulo nequam crudeli-  
tas: que aliene mortis cupit p[ro]nicem. vt augmentū gracie  
pficiat et virtutem. **N**am stultum est in mortem alterius  
iperare salutem **V**nde nouis catho-  
**Q**uem mors damnabit eū nulla dona beabunt.  
**Q**ualiter ergo malis succurrat mors animalis

### **D**e fidel[i] societate

fidelem

**C**ū tibi vel sociū vel fidū queris amicū.

rerū affluentia

honesta

**N**on tibi fortuna hominis sed vita petenda est

**S**i sodalicij iuris amica contubernia: aut amicitie te-  
nacis federa/cum quolibet hominum volueris copulare:  
non in parentele purpura/aut fortuna prosperioris copia:  
sed in morum sublimi affluentia: gades tue confederatio,  
nis stabilias vsquequaq[ue]. **N**on enim fortune donarijs  
stabilitur amicitia perseverans. sed sapiētia et virtutib[us].  
quarum adeptio naturalib[us] supereminet: et multomagis  
fortune fallacijs preferenda. **N**on tibi fortuna hominis ē  
sed vita petenda **V**nde nouis catho-

**S**i quis amicari vult et se sociari.

**N**on fortunā tantū temet sed more btū.

### **P**ossessiones ad usum deducas

bonis acquisitis

qd est ociosum.

**O**tere que sitis opibus fuge nomen auari.

quo ad possessionē

quo ad usum bonorū

**Q**uid tibi diuitie prosunt si paup[er] habundas

**F**ugare p̄fusioris beneficio potitus fueris: largiflue dispensationis officia non recuses. ne sepultis opibus de testabile cupiditatis nomen subeas: et turpis ignominie detrimentū. **Q**uid enim proficit promptuaria liquoris penetralia nūmis matibus: et horrea compleri leguminibz dum horum possessor tetra cecitatis offuscatus caligine: et avaritie vinculis irretitus inter copias esurit. et scibidous moritur inter vndas? **Q**uid tibi dixitie p̄sunt si pauper habundas **Vnde quidam**  
**S**ungere tu lucro precendo nomen auari  
**Nec tibi sit carus census quē seruat avarus**

### **D**e fama acquirenda

**H**on̄ nōmen donec vixeris  
**S**ic famā seruare cupis dum viuis honestam infames voluptates  
ex toto corde

**F**ac fugias animo que sunt mala gaudia vite.

**F**ame decus magnificentum/humane dignitati veneracionis offerens condimentum: nullis studiorū exercicijs efficacius acquiritur: ac gumphis solidioribus retinetur: q̄ spretis ceniose voluptatis illecebris: aut contagiose stoliditatis vicijs: rationis aurigatus curticulo/omnem impetum p̄prie voluntatis abhorreas. et honesta conuersationis studia consectoris. ne forsan sinistris cācellatus rumoribus: dum alta fame fastigia conaris ascēdere: in infamie foueam precipitatis incidas et inuite. **F**ac fugias animo que sunt mala gaudia vite **Vnde quidam.**

**O**mnia si p̄des famā seruare memento

**Q**ua semel amissa nunq̄ revocatur in vna

### **D**e honore senectutis

i.qn̄ tu sis sapiens .i.sene deficentem  
**Cum sapias animo noli irridere senectam**  
modica puerilis

**Nam quocunq; sene sensus puerilis in illo**

**R**isi ab orbita composite morigerationis aberres:  
annis senilibus semper exultimes deferendū. et abieco deri-  
sionis iaculo: ppenioris reuerentie obsequijs reuereris.  
vt pprii casus tui futuri nō immemor: iugo videlicet senec-  
tutis prebiturus ceruicem: vel iuuentutis dispendio mori-  
turus. nec damnosa pigrities frequenter rationis viduata  
moderamine: ad ydeotiam puerilitatis accedat. et tunc e-  
ciam cōmunia iocositatis solatia detestatur et horret/ani-  
mo non tranquillo. **Nam quocunq; sene: sensus puerilis**  
in illo **Vnde nouus catbo**

**Opratū seniū dum venerit est benedictā.**

**Lūq; senes faciunt puerilia tunc quoq; siunt.**

**In factis pueri stulti q; tenentur haberi**

### **D**e utilitate artis et scientie

arte liberalē vel lucrativā

**Disce aliquid nā cū subito fortuna recedit**  
cū fortuna nō est bñā

**Ars remanet vitam hominis nō deserit vñiquā**

**R**umane pfectioñis ymaginata perfectio: nō corpo-  
rei decoris terminatur effigie. non honoris immēritate ful-  
situr. non diuitiarum pondere stabilitur: **Sed** studiosi la-  
boris retenta solertia: in hanc artem sapientie promouens  
ad terminos sue concupiscentie virtualis inducit. **N**āc  
ergo continue exercitationis peritiam prouida sedulitate  
sequens: vt sapientie matris thalamos exercitacionis lau-  
rea coronatus introeas. deserens bestialem ignorantie se-  
mitā sordidam et vñiquā **A**rs remanet vitamq; hominis  
non deserit vñq; **Vnde nouus catbo**

**A**rtem secteris quis opulentus haberis  
**A**rs manet et durat fortuna recedere curat.

**Audi vide tace.**

**N**ibi vide tace si tu vis viuere pace

**P**rospicito cuncta tacitus q̄ quisq; loquatur.  
qm̄ er habundantia cordis os loquitur manifestat

**H**ermes hominū mores celat et indicat idem

**C**ircuspectionis moderata temperies: ex minimis magna et partibus tota/et ex individuis genera comprehendit. **D**ū ergo inter quoslibet filiorū adam te adesse contigerit: quorū sermonū ineptias accepta pacientie cautela moderanter attende. alieni sermonis immoderantia prudenti dissimulatione pretereas. ne quandoq; vt ait salomon/iuxta stulticiam suam respondens fatuo similis vis dearis eidem. **H**ermonum mores celat et indicat idem.

**V**nde nouus catho

**A**lterius verba tacito moderamine serua

**C**lerba q̄ celant mores eadē q̄z reuelant

**D**e exercitorū habituatione

illā recolendo et ad alias tendendo .i. bñ doctus fueris

**E**xerce studiū quāvis perceperis artem

.i. diligentia ad artes liberales ad artes manuales

**E**t cura ingenii sic et manus adiuvat usum

**S**i subtilioris vene fueris igo sublimatus: si multis studiorū exercicijs agitatus: **S**i demū celū vertice pulsans genosophistarū numero fueris aggregatus: non ob hoc quāvis ex presumptionis audacia te pfectū existimes aut nullius exercitacionis studio indigentem. vtriusq;ne hominis precipitanter in lapsum corrut: qđ multis labōribus antea fuit acquisitū. **S**icut em̄ manuale artificiū

realis operationis frequentatione perficitur: **Sic** sapientia  
lis disciplina lucerna/crebre meditacōis lugubratione ful-  
citur. et negligentie pigrantis ignavia insperate corruit  
in delitium. **At** cura ingenium sic et manus adiuuat usum  
**Vnde** nouus catbo

**Sensus** curando crescat usus operando.  
**Sedulus** artificem iuuat usus cura legentem  
**Et** studeas plus te quis sis fructus in arte

### **I**n vite deliciis nil confidas

future mortis

**Multū** venturi nec cures tempora fati

tpalem

mundanā

**Non** metuit mortē qui scit contemnere vitam

**I**f oritur inis armatura munitus et constantie ba-  
sibus fueris stabilitus: a fatalis vite timore meticulose sol-  
licitudinis intuitū diligenter aduertas **Ista** quidē incessa-  
bilis excruciatio humane nature aduersaria: tāq̄ tinea/sa-  
nitatis hospitē suū anxietatis potestas: ab initio multipli-  
ci fatigacione corredit. **A**d ardua virtutū igitur si sapiē-  
ter ascēderis: inter vite delicias et humane mortis angus-  
tias: nullā diuisionis facies sectionē **S**i possidendo terre-  
na iam celestis animo mundane rei voluptatē legeris: et rā-  
dem debitum mortis exsolues: eo libentius exeras quo de  
exilio in patriā reuerteris. mortē in hoc exhibens volunta-  
riam non iuuatam **N**on metuit mortem qui scit contemne-  
re vitam **Vnde** quidam

**Mors** iuuenes rapit atq; senes nulli miserendo

**Mors** equat legē rapiens cū paupere regem

### **I**n scientie pmutacione

sapientibus

.tu ipse doctus

**Disce** sed a doctis. in doctos ipse doceto.

cōicanda et nō occultanda

bonarū artū

**P**ropaganda etenim est rerū doctrina bonarū

**I**n quacūq; hōim verseris frequentia: bāc eruditī  
onis studiose regulā mente et opere psequaris: vt ab hijs  
quos virtutū nutrix sapientia habundantiorib; sui lactis  
potavit edulijis: insaciabile desideriū doctrine salutaris as  
fumias. ita tamē q; quicqd in hui⁹ exercitacionis scrutinio  
sine fictione didiceris: cōmunicato labore transferre ince  
teros nō postponas. **N**ichil enim ad salutē vtilius: nec  
bonis moribus eque ptinenter ac cōmodū: qm prudentie  
rinos/aut sapientie fluuios: in subiecta plurima gratuita  
liberalitate transferre. hec est enim institutio mentiū opti  
marū. **P**ropagāda etem est rerū doctrina bonarū. **V**n dicit  
psius Scire tuū nichil est nisi te scire hoc sciat alter. **S**i po  
natur tuū loco te seruit ad ppositū nostrū

**D**e temperantia circa potum

nō vltra appetitū

corpe et mente

**H**oc bibē q; possis. si tu vis viuere sanus.

ergo abstinentia est summa medicina excessus vel ebrietas

**M**orbi namq; mali causa est quecūq; voluptas.

**S**obrietatis mensura contentus: castrimergia nau  
seam et ebrietatis procures diluiū amputare. **P**ostq;  
enim tirannico iure/aut verius iniuria hec pestilentia cor  
pus obsederit: omne virtutis collegium abiicit et ppellit  
nec minus corporalis motus temperiem: ad varias egritu  
dinū passiones inducit. felliti doloris aculeos sib; melle mo  
mentance delectationis abscondit. arridens vt derideat/  
congaudens vt decipiāt: quasi hamū cibo operit. et melle  
attionico escas contegit acutas. **M**orbi namq; mali causa  
est quecūq; voluptas. **V**nde nouis catho

**A**lt sanior esse potes viciū raro quoq; potes

**D**at pevas multas exoptata q; voluptas.

## De cautela cōtrarietatis

**P**laudaueris publice p̄baueris  
**L**audaris quicq; palam qdcungz pbariz.

**I**audatū caue vituperes  
**H**oc vide ne rursus leuitatis criminē dāmnes

**S**i moralis senece documenta dulcisona/vigili medi tacione perquiras: in laude vel vituperio hum anarū plo narum/vel actuum non excedes. vt ne quēq; excessis laudib; efferas: quod videtur adulatioñi proximum. nec ex cessu redargutionis pungas aculeo: quod a detractione malinola non creditur alienum. **S**i tamen quempiam palam pluribus aliquotiens extuleris: seu etiā acerba morderis ineuctiva: in assertiones oppositas nūq; sermo nis habena visus fueris intorquere. si duplicitatis vocabulum et honestatis titulos sanos manutenere volueris et in demnes. **H**oc vide ne rursus leuitatis criminē dāmnes.

**V**nde nouus catho

**S**i quis dānnabit q; prius ante p̄banit

**T**alis laudator leuitatis habetur amator

## Type felici memēto futuri aduersi et ecōtra

**I**. p̄sporis sp̄tuis existentibus illa  
**C**tranquillis rebus. q; sunt aduersa cauerto  
 in aduersitate p̄spiritatē ecōtrario

**R**ebus in aduersis melius sperare memento

**S**i socratis cathonis ac diogenis actus magnificos imiteris: inūxus validioris muro p̄stātie: fortune seviētis impetus nō horrescas. b; q; tetragonus sp̄ p̄stitutus in solido: nulla alterationis ineptia: aut supuementis adūlūtatis nubilo iexpugnabile castrū fortitudis obruet. **S**apiēs equidē p̄stitutus in p̄spis: nullo cōfidēcie tumore sustollit

dum lubricū facilitatis humane prudēter aduertit. nec re-  
pentinis insultib⁹ aduersitatis frangitur. nec duce cōfidē  
cia quibus extimat habiturū: et sic a suo vallo p̄stantie nul-  
lis deteretur erentibus. nulla tempestatis iniuria neq; vē-  
to Rursus in aduersis melius sperare memēto Vñ no.ca.  
**R**ebus transquillis metuas aduersa sub illis.  
**R**ursus in aduersis melius sperare supsis

### ¶ De sapientie nobilitate

.i. ne vaces turpi ocio .i. diligentia et studio

**D**iscere ne celles cura sapientia crescit

qm̄ ars semp crescit et vita decrescit

**R**aro datur longo prudentia temp̄is vsu.

**S**emitam rōnis si introgressus humane mētis inge-  
nitatem attenderis: nullis obsequiorū functionibus mul-  
lius exacte diligentie stipendijs: poterit ad equalitatis de-  
bitum ipius magnificentie respōdcri. **I**pa quidem natio-  
ne celestis et eterni regis filia. terrena non delectat affec-  
tibus. sed omnes scorias humane feditatis abhorēs: iux-  
ta salomonis sētenciam sue dignitatis solium in altissimis  
stabilivit. vt igitur eidem debito familiaritatis obsequio  
subservias. tue considerationis oculos dirigas in sublime  
nunc scientie vernantis cōquiras. nunc sapientie choruscā  
ris theoreumata. nec precipua actualis exercitatiōnis opa  
habeas. ⁊ si lōgo operose sollicitudinis studio ista perege-  
ris: non illico fastidiat studiū. aut tempestive desinat ab in-  
ceptis: donec in premissis nichil agendū reperiat. **N**am sa-  
pientie puteus ad tantā mensurā p̄funditatis attingit: q̄  
eius infima posse cōtingere de mendatio conuincitur ⁊ de-  
lusu **R**aro datur longo prudentia t̄pis vsu Vñ no.ca.  
**D**icas q̄ nescis curādo scientia crescit.  
**S**ensus et augēt si longior vsus habetur

**L**auda parce vitupera partius

nō nimū amlcū tuū sp.illum laudaueris  
**P**arce laudato nam quē tu sepe pbaris  
tue aduerfitatis qz in necessitatis articulo pbat vera dilectio  
**U**na dies qualis fuerit monstrabit amicus.  
**D**um sedus amicitie cū quolibet hominū te adeptū  
putaueris: nullius in eū fermentate dilectionis incōmoda  
suspiciatus: moderatus tamen laudū preconijs: et tempe-  
rata confidētia statera eius laudes conseras. // Nō em  
seductoria plausibilitatis allocutio: non pmissoire volun-  
tatis impetus: amicitias faciunt esse ratas. Parce quidē  
euenit: vt quē cōmendationi lingua ptuleris: et cui ancho-  
ram confidentie confixeris pleniorē dū fortune necessita-  
tis casus emerserit/ pegrinus tibi fiat cōmutatis affectib⁹  
et obliquus Una dies qualis fuerit ostendit amicus.

Vnde nouis catbo.

Hate caue dici nimū laudantur amici.

Tempus monstrabit te quantū amicus amabit

**N**eminē a quolibet discere pudeat

ne verecāderis illa  
**N**e pudeat q̄ nescieris te velle doceri  
scīa est de numero bōz hōrabilitū .i. velle itūbris ignorā errāe pudorē  
**S**cire aliquid laus est. pudor est nil discere velle

**S**i caliginosis ignorantie tenebris obvolutus: scien-  
cie radiātis lumine te viduatum doleas: nullius pudoris  
rubore/ aut confusonis ignominia terrearis: quiñ docto-  
res consuleris. cū summa sedulitatis indagine et biantib⁹  
intellectus auribus: instructoris sapientis doctrinā susci-  
pias salutare// **Q**uis enim uberioris stoliditatis pretēdit  
infamia: quis ampliorem portionē miseria alienis pmittit  
obtutibus: q̄ si cecus et cespitanis sui itineris ducatū abij-  
ciat: copias ingrata fronte repudiet. aut inscitie miseria ca-  
thenatus liberatorē respuens: pertinaci animo malit gpe

tuis sue cecitatis carceribus detinerit. Scire aliquid laus  
est pudor est nil velle doceri Vnde nouis catho  
De pudore eat queri qui nescit arte doceri  
Qui scit laudatur qui nescit vituperatur

### ¶ Fecundi calices quæ nō fecere disertū

.i.in actu venero et in potādo vino.est voluptas.sed illā sequunt̄ lites.nā  
multi ppter luxuriā et ebrietate p̄cīrunt.

Cū venere et bacho lis est coniuncta voluptas  
.i.q̄ delcabilia et laudabilia se ai nr̄i accepta illō sp. et volupta⁹ corporis  
Quod lautum est animo cōplete, sed fuge lites.

¶ Nullū humane rōnis vinculū reperitur evidētū:  
aut potentius experitur: q̄ secundis calicibus et lenocinā  
tis veneris stipendijs militare. ¶ Vox estuante flamma  
libidinis: omne virtutis seminarū dissipatur. Hinc bellorū  
strages p̄deunt. hinc iurgiorū ob.p̄bria: hinc confusio et  
ignominia nutritia seditatis. Hec igitur animo victore cō  
culcans: mediocri parcitate contentus: cypridis disciplū  
et bachi naufragantem crapulā/ quam nunq̄ comitatur felici  
tas/effugies et euites. Quod lautū est animo complecte  
re sed fuge lites Vnde nouis catho  
Bachus frigescit tenuis sed ipa calescit  
Litigii vita cū res sit honesta petita.

### ¶ De simulatoribus fugiendis

nimiū humiles declinare et fugere.

Dimissos animo tacitos q̄ vitare memento  
loco tranquillū sine impetu .i. p̄fundior

Quo flumen est placidū. forsitan latet altior vnda

¶ Juxta cuiusdā sapientis sententiā homo inter cūcta  
animatia est voluptate varius. et affectione diūsus. Scrip  
ture enim testimonio inscrutabile ē cor hominis quis cog  
noscer illud. ¶ Non igitur ex signis exterioribus que fre

niſcītū ſcītū  
nowis caro  
occi  
eratur  
ſecere dñm  
upus dñm  
uncta volup  
als fā rete  
cere ſed ſp  
tēpērūtū ſe  
is calicibz et  
Noreſtātū ſullipatū P  
pbiſtātū ſe  
igitor amon  
tus cypriſt  
nūnūtū ſe  
ut ſe ſe ſe ſe  
**quenter mendaciū cōmentantur/interioris hominis secre**  
**ciora latibula ppndunt** **P**er facile enim est inter homines  
repire: qui muliebri more blesis et fractis sermonibz vba  
de p̄munt. ſuſpirantes frequētius et ſophiſtice laudis oleū  
ppinantes/vultu applaudentes virgineo **Sed dū nocen**  
**ditempſ aduenērit: mordacem ſcorpionis aculeū reſer**  
**vantes.** **E**t biſ quidem tanto ſunt cauendi diligētius:  
et tota mentis induſtria prouidendi: quanto laqueos fac  
tionis deceptiorie ſub dulciloquio cunctis contingunt: cō  
ſcientia fetida et immunda **Q**uo flumen eſt placidum for  
fan latet altior vnda **Vnde nouis catho**  
**F**ac ut deuites ſub falſo pectore mites  
**N**e credas vndam placidā non eſſe pſfundā

### **¶ Aliorū diffortunū te pacifica**

.f.mala vel aduersitas

**C**ū tibi diſpliceat rerū fortuna tuarū  
hōis pſidera hōie infortunia ignobilior  
**A**lterius ſpecta quo ſis diſcrimine peior

**L**ū ſolita fortune rabies: te toruis conſpectans oculi  
liſ/in pſona ſeu peculiō inſperatū deferat nocumētū: nō  
ob hoc vlliſ mentis conſtantia: in abiflum deſolationis  
incidat. ſed fortune melioris gratulatione retenta: vberio  
ris euentus preſagiat incrementum. **E**t vi p̄prie incō  
moditatis diſpendia/moderantius ſuſtineat. alieni caſus  
miferabilitate penſata: ſue cognitionis oculis diligēter o  
biſciat pefiſeros p̄ximorū caſualitatis euentus. et tunc ex  
alienis periculis effectus cauioꝝ/p̄pria paruipendet diſ  
crimina. cū in fortuite coſtictationis acie/magnus p̄ximo  
rū numerus: equalis tibi fuerit. ſue maior **A**lterius ſpec  
ta quo ſis diſcrimina peior **Vnde nouis catho**  
**N**on contriſtaris ſi rerū dama ſequaris  
**O**ij te ſequūtur qui peiores habere vident

## **Tutiora semper eligito**

.i. opus aggredere p viribus tuis .i. nauigare circa litus et terrā  
**N**ō potes id tempta nam litus carpere remis.  
securius nauis .i. contendere p fundū

**T**utius est multū: quā velū tendere in altū

**T**unc duo eandē habent sententiā. cū illis suprapositis  
Quod potes id tēta opis ne pondere pressus Huccū  
bat labor: & nisi q id hoc in loco Latho noster p metra  
phoram de naue pbat. Nauis enim ab inexpto securius  
circa litus remis dicitur: q velo ventis dato in alto mari  
piclitetur. Nemo igī materias agendas supra vires assu  
mat quas sua pbidente ignorantia debito fine terminare  
non posset. Hoc idē preclare dicit Oratius Sumite mate  
riam vestris qui scribitis equā. Viribus: et versate diuīdō  
ferre recusent. Quid valeant bumeri. & vñ nouis catbo  
**T**utius est prorā sup equoris adire terrā

## **Contra virtuosos non insultes**

apbū et honestū litigare maliciose  
**C**ontra hominē iustū noli cōtendere praeve  
quia iurias iuste illatas vindicat

**S**emp etenim Deus iniustas vltiscitur iras

**C**um in rebus creatis multiplicib⁹ resulteret vestigii  
creatoris Puxta apostolū Invisibilia dei a creaturarum  
specie cognoscantur In nullo tamen evidentius agnoscit  
tur clarius attēditur aut manifestius speculatur bonitas  
creatoris: q in viro polimito iusticia: et virtutū scemarib⁹  
adornato. Quius contuberniū vir sapiens omnibus ppo  
net diuicijs. gratissime familiaritatis obsequio cōmunicā  
to. **C**ontra hunc effrenate lingue pccatitas iurgiorū ve  
nena non euomat. cachinnos irrisionis non inferat contu

**meliay nō excutiat tēpestates.** // **Taliū enim qui cōuersatione diuini s̄t: et vite claritate celestes/ t̄q̄ iniurias p̄pas**  
**ōnipotēs districta severitate: cohercet inferēs penas multiplices atq̄ miras** // **Nā deus iūstas semp ylciscit iras**  
**Vnde nouus catbo.**  
**Pultū deliras si iusto porrigitis iras**  
**Ira non iustā dñs non mittit inyltam.**

## De longanimitate in aduersis

i. damnum ex piculo maris q̄n bona p̄ijciuntur in mare  
**E**t iactura grauis q̄ sunt amittere damnis  
sp̄dore sua p̄ amico vel p̄ republica vel p̄ saluacione vite  
**S**unt quedā que ferre decet pacienter amicū

**D**um que va que telle sera pacienter et amabilis  
**L**icet multiplici incômoditatis discriminî hūana p  
pago subiaceat: et secundū vtrūq; hominē frequentius ac  
multipliciter affligat: speciali tñ progratiua molestie stur  
bañ acerbius/ et vehementius anxiatur: dū amici fidelis ex  
perit apocapā. cui<sup>o</sup> damni pnciè nullo pt iteracionis bñ  
ficio reparare **I**n qua tñ desolationis molestia sic lögani  
mitate fungendū est: sic animis virilibz insistendū: vt lög  
ua doloris amaritudo nō mordeat sup bījs: que indicit na  
turalis pditio/ et diuine legis series celsuit adimpleri. qđ q  
dē nō imerito censeret temerariū et iniquū. **S**unt quedā  
que ferre licet pacienter amicū **V**nde nouis catbo.  
**N**on est causa leuis damnose amittere queuis.  
**Q**uedā putabis pacienter quisq; amabis

**D**e plicitate vite tue nō confidas

multos annos spōdere  
Tempora longa tue noli p̄mittere vite  
ad quēcūg locū vadis  
Quodcūp̄ egredēris sequitur mors corpis umbras

**A**ortalium cunctis nota conditio: ignara pseuerancie et impermanencie lubrico constituta: longe a sapientie foribus exulat: et in stoliditatis suburbio collocatur. si lo, geuitatis indutias sibi ad proprie voluntatis obsequia com mictetur acceptas. et hac fretus fidutia virtuosa negliges: ac viciosis inherens/ per agrum insolentie inuenilis excusat. **D**ocet quidem natura/ et instruit experientia: quod dum plures future prosperitatis annos: falsigrapha calculatio ne nobis promittimus. processos dies ad penitenciam in passio num desiderijs peragentes. extimpo tanquam nocturnus fur sue corporis domum profodiens supuenit interitus. divine exacerbationis iudicium concomitans asperum et inuite. **E**pora longa tibi noli promittere vite. **V**nde nouis catho. **N**on tibi confidas ut longo tempore viuas. **N**a quicunq; sapit mors post vestigia vadit. **V**n quidam **D**reterit iste dies nescitur origo secundi. **A**ut labor aut requies sic transit gloria mundi.

### **D**e cultu diuino

**D**euos opibz. i. recocilia te deo. i. permitt  
**T**hure deum placata. vitulū sine crescat aratro.  
i. deus non placatur per immolacionē animalium occisorū.  
**N**on credas placare deum dum cede litatur.  
**C**latrialis reverentie diuine maiestati prebiturus hominem: non in victimarū hostijs/ aut vitulorum sanguine vel hircorum: omnipotentis iniuriam pacificatam existimes. quam reverentialis humilitas/ et contriti cordis oblatio: oracionis legatione premissa sufficenter emollit.  
**N**am et si lege moy sayca sacrificiorum libamina: et varie exterioris satisfactionis mysteria: visa fuerint imperari: in figura tamen contingebat illis. et mystice interpretationis prestolabantur auxilium. que omnia lex gracie pleniusex-

bibet et effatur **N**e credas placare deum cum tecla liqua-  
tur. **V**nde nouis catbo  
**C**lícima seruerur dño thus sacrificetur  
**N**unq̄ placatur dñs nec cede litatur

### **D**e longanimitate in infortunij.

**P**ropterea et loco tu hoi fortinato homini  
**C**ede loco Iesus fortune cede potenti  
infere dannū infere cōmodū  
**L**edere qui potuit aliqui prodesse valebit.

**A**ultimode perturbationis furijs agitatus: et sinistrā  
fortune senioris exprus: nō ob hoc ipacientie gladiū in for-  
tane contumelīā violenter inflectas. quā nullus mortaliū  
nisi longanimitatis ac pacientie cōstantia potuit modera-  
re. **S**ed dū sevientes iracūdie vehementis impetus: in ce-  
ci numinis maiestatē impulerit: tantis collisus duricijs p-  
rie artis deliramenta cōsequitur. sue stoliditatis gladio  
repercussus. **H**pererit ergo qui metuit. confidat qui ledi-  
tur. qui opprimitur nō desperet. quia quibus fortuna au-  
sterioris eventus presentavit initia: mutabilitatis nō im-  
mor: ex iſperato fines pſperos exhibebit. **L**edere qui po-  
tuit quandoq; pdesle valebit **V**nde nouis catbo  
**N**on vlcisceris tu queuis Iesus haberis  
**Q**ui ledit temere poterit q̄inq; valere.

### **T**eipm corrigē de peccatis

**D**eliqueris p tali pccō postea  
**C**ū quid peccaris castiga te ipm subinde  
p dolores et penas pena infirmitatis tue  
**V**ulnera dum sanas. dolor est medicina doloris  
**H**i fragilitatis humane propellente lascivia: in foue-  
am cuiuslibet viciorum incideris: non more aspidis surde-

pollicem medicantis abiicias. aut diutina obstinatione ia-  
ceas/in tue sterquilinio feditatis. ymmo magis metales o-  
culos ad lumen supne cognitionis erigens: et in teipm vlt-  
to: iustissimus cōgruo seueritatis medicamine mederino  
ueris. tui veritus lesionem. **Sicut enim asperū planore**  
tunditur: et contraria ppelluntur contrarijs: sic pprie de-  
lectacionis macula satisfactionis acerbitate compescitur/  
et pena laboris. **Vulnera dum sana dolorē medicina do-**  
**loris Vnde Quidius.**

**U**t corpus redimas ferrū patiaris et ignē **E**t ezopus.  
**S**erre minora volo ne grauiora feram

### **D**e antique amicitie cōseruatione

**p**damnabis.

**D**amnaris nunquā post longū tempus amicū

i.pmas cōfederationes amoris

**M**utantem mores sed pignora prima memento

**Q**uotiens initē amicitie fede ra. amico se habēre de-  
teri erga te senseris claudicare: moderata facilitate susti-  
neas: nec in eū subite mutacionis impulsu nouellas dissen-  
cionis q̄rimonias: aut sunistri rumoris molimina n̄isus fue-  
ris. ppalare. **Q**ue enī demētior opinio: aut sophisticate  
rōnis maior abusus: q̄ alterius macula voluntarie inqnari:  
et fidē reuocare prestitā: moderationis iudicio nō retēto.  
**A**putauit mores sed pignora prima memto **Vn** quidam  
**H**ichil turpius. q̄ cū illo bellū gerere/cū quo familiariter  
vixisti.

### **D**e humilitate in officijs custodienda

laudabilior ad quod assumptus es magis dilectus hominibz

**G**ratior officio quo sis mage carior isto

i.mercaris habere nomen

.i.inutilis ad officiū

**N**e nomen subeas qd dicitur offici pdi.

**N**anc prudētie regulam cordis auribus retinere cō-  
tēdas:nec ab ipa quo quis prepediente negocio studeas re-  
silire.vt si ad queuis publica officiorum misteria deputa-  
tus fueris:supbie tumescens abieco rigore:et indebitē  
dominationis imperio relegato:sic in semita moderatio-  
nis incedas:vt nullius stomachantis indignationis tue vi-  
ciositatis merito/ad iniurias puoceris.ne cōmissum tibi  
ministerium violēter cogaris abiiscere.in tuī nominis iniu-  
riam/non sine infamie nomine et moleste.**P**ratior officio  
quo sis mage carior esto **Vnde nouis catho**  
**O**fficij gratus fias vt sis adamatus  
**S**upra te dicine queat officiōdi.

### **D**e suspitione precauenda

**S**i infamis vel de alio suspicionē hūs  
**S**uspectus caueas.ne sis miser omnibus horis

actiue et passiue

**N**amq; timidis et suspectis aptissima mors est.

**N**isi optimus sincere p̄scientie debriatus alimo:non  
faciliter ad suspicōis incōmoda:aut sinistre opinionis in-  
terpretandas versutias inclinatur. **N**am pfecte consciencie  
hec p̄prietas censetur accepta:vt siquidem fame et pro-  
prie veritatis testimonio/sibimet iudicium phibet:sic alio  
rum dijudicare reatus:et culpandis criminibus insultere  
censet indignum. **N**oc siquidem est veracis iudicii signū  
precipuum:q sicut ponderatis proprie viciositatis deme-  
ritis in iudicando subsistit:sic non faciliter aliorū demeriti  
orum estimatione mouetur.nec pro certis dubia recipit et  
admittit.nam hec impertinentis nature conditio/et pessi-  
ma sors est. **N**am timidis et suspectis aptissima mors est  
**Vnde nouis catho.**

**H**ispectus semp non est miser ille libenter  
**N**am mors apta quidē suspicio constat eidē

**D**e miseratione circa seruos habēda  
ad labores loco bestiarū in utilitatē tuā

**C**ū fueris proprios seruos mercatus in usum  
nō bestias seruos tuos

**S**i famulos dicas homines tamen esse memento

**J**ure gentiū quondā seruitus introducta: magnam  
diffidentiā moribus & discrepantiam in humanis acibus  
induxit. **C**ū siquidē ab initio nata hominū conditio vni-  
formis originis emanatione pdierit: mirande nouitatis  
presagio actum est: vt unus libertate polleat/ alius vero iu-  
go empticie sit addictus. **S**i contingat igitur huiusmo-  
di mancipiorum famulatu potiri: sue conditionis miseriā  
benigno fauore prosequere. et debita iporum famulatus  
officina contentus: nimis severitatis aculeum non appo-  
nas. memoriter retinens/q nos omnes et singuli in mūda-  
ne ciuitatis area: sub eodem principe vario agone conten-  
dimus. eiusdē patrissimilias servi sumus. qui singulas ac-  
tuum ac cogitationū nostrarū drās de supernis inspicit. re-  
tributurus penam vel premiū cū sibi gratum fuerit in mo-  
mento. **S**i famulos dicas homines tamen esse memento

**V**nde nouis catho

**C**ū sis mercatus famulos seruos qz lucratius.

**S**unt homines isti preciosi quos habuisti

**A**d fortune dona cito manus extende

capienda est oportunitas incipiendi aliquod opus.

**Q**uā primū rapienda tibi occasio prima

occasione iteratā i. quā p negligentia pdidisti

**N**e rursus queras qz iam nexlereris ante.

**S**i humanae euentus sedulus explorator: si fortuna  
ne mutabilitatis fueris indagator **H**anc consultissime de  
liberationis regulâ non abiicias. vt quotiens te grata ps  
peritatis serenus fauor impegerit: elato animo nō recus'es  
memor illius horacij **T**u quâcunq; deus tibi fortunauerit  
horâ **G**rata sume manu/nec dulcia differ in annu. **Q**ui  
enim p̄prie inmixus prudetie: presentia negligens/a poste  
rioribus inchoans/ instantis fortune stipedia seducto cor  
de repudiat: iuste talionis ânis homo priuat iste **H**e rur  
sus queras que iā neglexeris ipse **V**nde nouus catbo  
**D**uam cito res datur occasio prima petatur  
**N**e recordare velis que neglexisse videris.

## **De divina correctione malorum**

**N**oste repentina noli gaudere in gloriam  
subitanam q̄ videntur mali  
iusti om̄is subita morte

**Felices** obeunt quorū sine crīmīne vita eū

**D**ivine seueritatis iudicium.e centro diuin

Divine leueritatis iudicium. e centro diuinitatis p-  
diens: multifarie multisqz modis secundum culparum exi-  
gentiam corripit criminosos. dum alios quidem pia mise-  
ratione sustinet. vt pacientia divine bonitatis allecti/reci-  
piscat a criminibz. tandem penitentie fructu adepturi. alios  
vero districte leueritatis pungit aculeo. dū aut repentinu-  
interitus animaduersione pcellit. aut varijs tribulationu-  
penurij arceant. divine satissimam iusticie et cunctis cernenti-  
bus trāseat in exemplū. Et eoꝝ nichilominus cōsummaci-  
one terribili: nullius iocunditatis meridies tuis applaudat  
affectibus. cū non nunqz iustis ac bene meritis conformis  
interitus prebeat. sed potius diuinorum iudiciorum p-  
funditate pterritus: affectū fraterne cōpassionis exhibe.

et ad miserandi refugium te iudica **F**elices obeunt quidrum  
sine criminis vita **V**nde nouus catbo  
**A**d subitam mortem prauos venisse qz optem  
**L**ecidit iniustus necio sine criminis iustus

**D**e coniuge non facile sumas mali suspicium

et non habes bona .i.q ipa fit suspecta  
**C**um tibi sit coniux.nec rex.nec fama laborat  
vitare debes male suspicium de nomine uxoris tue  
**V**itandum ducas inimicu nomen amici

**I**nter ea que in connictu hominu deducuntur:nichil  
attemptat facilis/nichil frequentius cancellatur:qz iuue  
nis mulieris intuitus.que nisi artissima distinctionis cau-  
tela:et verecunde circumspectionis industria/modeste pui-  
deat:ignominia infamia non euadet // **S**i ergo uxoris exp-  
tus amplexus:coniugé tuā tam odiosis senseris titulari ru-  
moribus:non illlico repentine credulitatis spiritu prebas  
referenti.quia ut in plurimum muliebris sexus fragilitas:  
plus in hac parte laborat infamia/qz delicto.nec in quicqz  
de amicoru numero funem dilectionis abrumpens:crime  
tam nepharie operationis imponas.ppetue hostilitatis  
molimine concitato.non enim est credendu omni spiritu.e  
satius est fruile estimationis iniurias abiijcere:qz ab ipa-  
rum credulitate deuinci. **V**itandum ducas inimicu nomen  
amici **V**nde nouus catbo

**C**um labor incubat qui rem famā qz remittat  
**I**nactus ad uxorem illius vitabis amorem

**I**n studio non est desistendum  
pro labore scire et intelligere  
**C**um studio tibi cognoscere multa contingat  
adhuc vitabis plus  
**F**ac discas multa vita nil discere velle

**D**octrine sapientialis fores ingrediens: non facili p  
scrutacionis industria contenteris. nec te in cognitione ve  
ritatis existimes: donec nichil tibi remaneat attingendū.  
**A**d emineris namq; q; tanta est scientie longitudo/lati  
tudo/sublimitas/et profunditas: attingens a fine usq; ad fi  
nem fortiter: q; si quispiam mortaliū ingenij vivacitate pol  
leret: studiorum exercitio centum lustra pagens: non suf  
ficeret ad abissum adepte sciētie penetrare. quinymmo cū  
consumauerit h̄dmo: tunc incipit. et qui molē gigantie  
quantitatis ascendere gloriatur: in pigmee humilitatis a  
thorum relegatur. et quāto plura officio continue seduli  
tatis apprehēderit: eo noue inquisitionis thema reperiet.  
que intellectualis esuries nunq; poterit cohiberi. **F**ac dis  
cas multa vita nescire docer! **V**nde nouis catho.  
**N**emo sit oblitus cū fuerit valde peritus  
**Q**uid plus addiscat nec discere queso fatiscat

### **V**niuers opis laudabilis conclusio

planis sermonibz

**M**iraris nudis verbis me scribere versus

loga soleut spni gaudent breuitate modni sp.me v̄sus

**H**oc breuitas sensus fecit coniungere binos

**D**tu quisquis opusculi presentis seriem decursurus/  
auditor beniuolus aduenisti: nō ieiuni sermonis maciem:  
sed adipem sentencie secundioris attendas. et scriptum re  
colas: simplicitatem fore filiam veritatis **O**b hoc enim nu  
de locutionis pauperiem breuitati connexuit. vt a plurib;  
cognita amplioris fructificationis palmites procrearet.

**N**on igitur in actorem linoris tractus aculeo dēte cor  
rectionis insanias: sed potius beneficij nō ingratus: ad ex  
hibita donaria discretionis oculos adhibeas colubinos  
**H**ec breuitas sensus fecit coniungere binos **P**ī no. catho

Nullus mireris si carmen nudū haberis  
Dens paupertina coniūxit carmina bīna


Vic fine aspice Cathonis viri moraliſſimi. et in via mortuū ſane grauillimi Cum cōmento fratriſ Roberti de euromodio monachi Clarenallis Tam vboz̄ ornatu limato: tamq; ſentēciarū grauitate preclaro: ut ex jouis cerebro videat emanatū. Impreſſum in oppido mercuriali Antwerpī: p me Gerardū Veeur: prima die Marchi anni dñi nostri Mcccc lxxxv.




Sp. 406.

où babet  
armina bœ  
abomie vnu  
mouſſe fane p  
ento fratre ſ  
io monach⁹  
on ſonam  
ſi grauitate p  
cereluo vnde  
ſlum in oppo  
repiētūne ſi  
die Maizis  
clerico.

OT  
IX  
SF




A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19



© The Tiffen Company, 2007

## TIFFEN® Color Control Patches



© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black